Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sunt. Quomodo ergo eo tempore nonam horam
noctis esse potuisse ut recapitulando in-
telligatur de petri negatione postea dicitur
esse quod tamen factum erat. Sequitur. Et erat ti-
tulus eius inscriptus. Rex iudeorum. Theophilus.
Scripserunt autem hunc titulum scilicet causam propter
quam crucifixus est. quia vituperantes eius opinio-
nem regem seipsum faciebat. ut sic prete-
reuntes misereri non valerent. sed magis
ei insultarent tamquam tyranno. Jeronimus.
Scripserunt autem hoc tribus linguis. hebra-
ice. Malchus iudeorum. grece basileos exo
moloyson. latine. rex confessorum. Ambrosius.
Hec tres lingue ad principatum in crucis
titulo consecrate sunt. Ut omnis lingua
commemoret perfidiam iudeorum. Beda.
Titulus autem hic positus super crucem
illud ostendit. quod nec occidendo efficere potu-
erunt. ut eum regem non haberent qui eis
secundum sua opera redditurus est. Sequitur. Et
cum eo crucifigunt duos latrones. unum a dextris et unum
a sinistris eius. Theophilus. Ut scilicet homines pravam
opinionem haberent de eo quod et ipse latro
et maleficus esset. Hoc autem dispensative
factum est ut adimpleretur scriptura. Unde
sequitur. Et impleta est scriptura que dicit. Et cum
iniquis deputatus est. Jeronimus. Cum
iniquis unitas deputata unum relinquit
sinistrum. alterum assumit dextrum. sicut
in die iudicii faciet. et sub simili crimine tam
dissimiles sortiuntur vias. alter antecedit
petrum in paradysum. alter iudam in infer-
num. confessio brevis vitam acquisivit longam.
et blasphemia finita pena plectitur eterna.
Beda. Mystice autem latrones qui cum domino
crucifixi sunt. significant eos qui sub fide et
confessione christi vel agonem martyrii vel
quelibet arctioris discipline instituta sube-
unt. Sed qui hec pro eterna gloria gerunt: dex-
tri latronis fide designantur. Qui vero
humane laudis intuitu: sinistri latronis
mentem imitantur et actus. Theophilus.

Vel aliter. Indicium erant duo latrones
duorum populorum. scilicet iudaici et gentilis. Ambo namque
iniqui. Gentilis quidem tamquam legem
naturalem pregrediens: iudaicus vero scriptam
legem quam ei tradiderat deus. Sed gentilis penitens.
iudaicus vero usque in finem blasphemus. In quorum medio
crucifigitur dominus. Ipse enim est lapis
angularis nos coniungens. Jeronimus.

Et prete-
reuntes blas-
phemabant
eum moven-
tes capita sua
et dicentes. Va
qui destruis tem-
plum dei et in
tribus diebus
reedificas. Sal-
vum fac temet
ipsum descendens
de cruce. Simili-
ter et summi sacerdo-
tes ad alterutrum
cum scribis dice-
bant. Alios

Primo inde liga-
to ad vitem. et
eius pallio in sangui-
ne uve tincto: la-
cerant eam vineam.
blasphemantes christum
et moventes capi-
ta sua. Unde dicitur. Et
pret. blas. eum
mo. ca. sua et di.
Va qui destru. tem.
dei etc. Theophilus.
Transeuntes eum
christum blasphema-
bant. exprobrantes
ei tamquam seduc-
tori. Dyabolus autem mo-
vebat illos ad di-
cendum quod a cruce des-
cenderet. Quia enim
noverat quod salus
fiebat per crucem:
rursus ingerebat
se ad temptandum christum
ut si a cruce descen-
deret: certus fieret
quod non est vere filius dei.
et sic solveretur quod per crucem
est destructum. Sed ipse
dei verus existens
filius: non descendit.
Si enim descendere
debuisset: non illuc
a principio ascendisset.